

ПОСЛАНИЦА КОРОТИКУ*

EPISTOLA AD COROTICUM

Свети Патриције Ирски

I. Patricius peccator, indoctus scilicet, Hiberione constitutum episcopum me esse fateor. Certissime reor, a Deo accipi id quod sum. Inter barbaros itaque habito proselytus et profuga, ob amorem Dei Testis est ille, si ita est: non quod optabam tam dure et tam aspere ex ore meo effundere, sed cogor zelo Dei et veritatis Christi, (*qui*) excitavit me pro dilectione proximorum atque filiorum, pro quibus tradidi patriam et parentes et animam meam usque ad mortem, si dignus sum. Vovi Deo meo docere gentes, etsi contemnor a quibus manu mea scripsi atque condidi verba ista danda et tradenda militibus mittenda Corotico, non dico civibus meis, neque civibus sanctorum Romanorum, sed civibus daemoniorum, ob mala opera ipsorum, ritu hostili. In morte vivunt socii Scottorum atque Pictorum apostatarum, quasi sanguine volentes saginari innocentium Christianorum, quos ego innumeros Deo genui atque in Christo confirmavi.

II. Postera die qua chrismati neophyti in veste candida, dum (fides) flagrabat in fronte ipsorum, crudeliter trucidati atque mactati (sunt) gladio

I. Ja, Патрик, грешни, неуки, живећи у Ирској, сведочим о свом епископству. Несумњиво верујем да све што је у мени, примио сам од Бога. И овде, живећи у сред варвара, странац и изгнаник сам ради љубави Божије. Он сведочи да је тако: не то што сам ја желео изрећи, нешто веома сурово и жестоко, али убеди ме ревност Божија, и истина Христова узме је из мене, за љубав ка ближњима мојима и чедима, ради којих ја остави земљу своју, и родитеље, и свој живот чак и до смрти. Ако сам достојан, ја живим за Бога свог, да предајем паганима, чак и ако други презиру мене. Својом руком сам саставио и написао ове речи, да буду оне послате и испоручене војницима Коротиковим, нећу рећи мојим земљацима или земљацима светих римљана, но земљацима демонским због злих дела њихових. Подобно непријатељима нашим, они у смрти пребивају, савезници Шкота¹ и отпадници Пикта. Жедни крви, они се утапају у њу – у крв невиних хришћана, које сам ја родио у број изабраника Божијих и утврдио у Христу.

II. Дан после тога, као новокрштени, помазани јелејем, у белим одежама, били су убијени – миомирис (вере) је остао на челима њиховим, док су их

* Изворник: S. Patricii ad Coroticum Epistola, PL 53, col. 814-818 [*Epistola S. Patricii ad Christianos Corotici tyranni subditos – Посланица Светиој Паирикија, да хришћани нису погачињени ширанину Коротику*].

¹ Током средњег века Шкотима се називају и Ирци, а тек касније сами Шкоти. Међутим, у петом веку становништво данашње Шкотске чине Келти из Ирске. Највероватније, у тексту се под Шкотима подразумевају некрштени Ирци.

a supradictis, misi epistolam cum sancto presbytero, quem ego ex infantia docui cum clericis, ut nobis aliquid indulgerent de praeda vel de captivis baptizatis quos ceperunt: (*sed*) cachinnos fecerunt de illis. Idcirco nescio quos magis lugeam, an qui interfecti, vel quos ceperunt, vel quos graviter zabulus illaqueavit, (qui) perenni poena gehennae pariter cum ipso mancipabuntur. Quia utique peccati, qui facit peccatum, servus est (*I Joan. III, 8*), et filius zabuli nuncupatur.

III. Quapropter sciat omnis homo timens Deum quod a me alieni sunt et a Christo Domino meo pro quo legatione fungor, patricidae, fratricidae, lupi rapaces, *devorantes plebem Domini, ut cibum panis* (*Psal. XIII, 4*), sicut ait; *Iniqui dissipaverunt legem tuam, Domine* (*Psal. CXVIII, 126*), qua in supremis temporibus Hiberione optime et benigne plantata atque instructa erat favente Deo. Non usurpo (aliena: *sed*) partem habeo cum his quos advocavit, et praedestinavit Evangelium praedicare in persecutionibus non parvis usque ad extremum terrae. Etsi invidet inimicus per tyrannidem Corotici, qui Deum non veretur, nec sacerdotes ipsius quos elegit et indulisit illis summam, divinam, sublimem potestatem, *quos ligarent super terram, ligatos esse et in coelis* (*Matth. XVIII, 18*).

IV. Unde ergo quaeso plurimum, sancti et humiles corde, adulari talibus non licet, nec cibum nec potum sumere cum ipsis, nec eleemosynas ipsorum recipere debere, donec crudeliter effusis lacrymis satis Deo faciant et liberent servos Dei et ancillas Christi baptizatas, pro quibus mortuus est et crucifixus. *Dona iniquorum reprobatur Altissimus.*

ти људи мачем клали – ја послах писмо са презвитером светим, којег сам учио од детињства, у пратњи јереја, молећи убице да врате нам нешто од плена и крштене, који су заробљени. Али они су се само насмејали. Од тог времена, ја не знам за киме више жалим: за онима који су били убијени, или за онима који су заробљени, или за онима које је уловио ђаво. Скупа са њим, они ће бити слуге у Аду, деливши вечну казну; за оног који твори грех је слуга (*види 1. Јн. 3, 8*), и биће назван сином ђавола.

III. Стога, нека знају сви који се боје Бога, да су они непријатељи моји, и непријатељи Христа Бога мојег, чији сам ја изасланик. Оцеубице! Братоубице! Похлепни вуци који једу народ мој као јеђење хлеба (*Пс. 13, 4*). Казано је: зли, о Господе, *разорише закон Твој* (*Пс. 118, 126*), који је управо насађен преваходно и благопријатно у Ирској, и који је утврђен благодаћу Божијом. Не намећем лажне тврдње. Ја делим свој рад са онима које је Он позвао и предодредио за проповед Јеванђеља међу прогоњене до предела земаљских, чак и ако непријатељ своју завист пројављује у суровости Коротика, човека који нема поштовања ни према Богу, ни према свештеницима Његовим, које је Он изабрао, дарујући им дивну, божанствену и велику власт, *штогод свежете на земљи биће свезано на небу* (*Мт. 18, 18*).

IV. Стога позивам вас свете и смирене срцем: није дозвољено осуђивати такве људе, нити хранити се и пити са њима, па чак и прихватити им милостињу, све док се не искупе пред Богом кроз епитимију, проливањем суза, и отпустом крштених слуга Божијих и слуга Христових, ради којих Он распет би и погребен. *Не падује се Свевишњи ириносима нечасливих и број жрјава*

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui (Eccli. XXXIV, 23, 24). Divitiae, inquit, quas congregabit injustus, evomentur de ventre ejus; trahit illum angelus mortis: ira draconum multabitur: interficiet illum lingua colubri (Job XX, 15, 16). Comedet autem eum ignis inexstinguibilis. Ideoque vae qui replent se (his) quae non sunt sua. Vel, quid prodest homini, ut totum mundum lucretur, et animae suae detrimentum patiatur (Matth. XVI, 26)? Longum est per singula discutere vel insinuare, per totam legem carpere testimonia de tali cupiditate. Avaritia mortale crimen. Non concupisces rem proximi tui. Non occides (Exod. XX, 17, 13). Homicida non potest esse cum Christo. Qui odit fratrem suum, homicida ascribitur; vel, qui non diligit fratrem suum in morte manet (I Joan. III, 14, 15). Quanto magis reus est qui manus suas coinquinavit in sanguine filiorum Dei, quos nuper acquisivit in ultimis terrae, per exhortationem parvitatatis nostrae?

V. Nunquid sine Deo vel secundum carnem Hiberione veni? Quis me compulit? alligatus sum spiritu, ut non videam aliquem de cognatione mea. Nunquid piam misericordiam ago erga gentem illam quae me aliquando ceperunt, et devastaverunt servos et ancillas domus patris mei? Ingenuus fui secundum carnem: decorione patre nascor. Vendidi enim nobilitatem meam (non erubesco, neque me poenitet) pro utilitate aliorum. Denique servus sum in Christo Jesu Domino nostro, etsi mei me non

неће Га умилостѣити за грехе њихове. Као што је онај који закоље сина пред оцем његовим, шакав је и онај који приноси жртву из имања сиромашних (Сир. 34, 19-20). Блато – казано је, – он је прогутао, избљувао: из ушробе његове исте-раће га Бој; анђео смрти вуче своје, ја-рошћу змајева он ће бити мучен, змијин језик убиће их (види. Јов. 20, 15-16), огањ неугасиви уништиће их. И гле, тешко онима, који су испунили са оним што њихово није, или, Јер каква је користи човјеку ако сав свијет добије а души својој науди? Или какав ће ошкуй даћи човек за своју душу? (Мт. 16, 26). Било би превише заморно да разматрамо и износимо све у детаље, сабирајући из свега Закона сведочанства против такве похлепе. Користољубље је смртни грех. Не пожели куће ближњега својега; Не убиј (2. Мој. 20, 17; 20, 13). Убица не може бити са Христом. Ко мрзи брата свог, означен је са убицама. Јер ко не љуби браћу остаје у смрти (1. Јн. 3, 14). Колико је више крив онај човек који прља руке своје крвљу синова Божијих, које је Он недавно прибројио у крајње пределе земље кроз безначајност нашу.

V. Да ли сам дошао у Ирску без Бога, или по телу? Ко ме је принудио? Зато сам свезан Духом да не видим никада никог из родбине своје. Да ли је то моје, што имам, свето састрадање ка људима, који ме некада заробише и одведоше тамо са чељадима и послугом из дома очевог? Био сам слободно рођен по телу. Ја – син декуриона.² Али ја сам одбио благородно рођење своје – никад се тога не стидех и не жалих – ради других. Ево, ја сам слуга у Христу страном народу ради неизрециве славе вечног живота, који је у Христу Исусу Господу нашем,

² Декурион – десетар; Патрикије под тим називом подразумева члана градског савета. Отац Светог Патрикија, Калпурније, обављао је ту дужност уз ђаконску службу.

cognoscunt. *Propheta in patria sua honorem non habet* (Marc. VI, 4). *Forte non sumus ex uno ovili, neque unum Deum patrem habemus, sicut ait: Qui non est tecum contra me est, et qui non congregat tecum spargit* (Luc. XI, 23). *Non convenit, Unus destruit, alter aedificat* (Eccli. XXXIV, 28). *Non quaero quae mea sunt.*

VI. *Non mea gratia; sed Deus quidem hanc sollicitudinem (dedit) in corde meo, ut unus essem de venatoribus sive piscatoribus quos olim Deus in novissimis diebus ante praenuntiavit* (Jer. XXVI, 16). *Invidetur mihi: Quid faciam Domine? Valde despicio. Ecce oves tuae circa me laniantur atque depraedantur a supradictis latrunculis, jubente Corotico, hostili mente (longe est a caritate Dei traditor Christianorum), in manus Scottorum atque Pictorum. Lupi rapaces deglutierunt gregem Domini, qui utique Hiberione cum summa diligentia optime crescebat; et filii Scottorum et filiae regulorum monachi fiebant et virgines Christi; quos enumerare nequeo. Quamobrem injuria justorum non tibi placeat, etiam usque ad inferos non placebit.*

VII. *Quis sanctorum non horreat jocundare vel convivio frui cum talibus? De spoliis defunctorum Christianorum repleverunt domos suas; de rapinis vivunt; nesciunt miseri. Venenum bibunt, lethalem cibum porrigunt ad amicos et filios suos. Sicut Eva non intellexit quod mortem tradidit viro suo; sic sunt omnes qui male agunt, mortem perennem poenamque perpetuam operantur. Consuetudo Romanorum et Gallorum Christianorum (est): mittunt viros sanc-*

чак и ако ме мој народ³ не зна. *Нити је није пророк без части до на постојбини својој* (Мк. 6, 4). Можда нисмо један тор и немамо једнога истог Бога као Оца, као што је писано: *Који није са мном, проишав мене је; и који са мном не сабира просија* (Лк. 11, 23). Није у реду да *један тради, а групи руши* (Сир. 34, 23). Ја не тражим своје.

VI. То није милост моја, већ Бога, који је дао ову бригу у срце моје да будем један од Његових ловаца и риболоваца о којима је Бог предсказао некада да ће доћи у последње дане (види. Јер. 26, 16). Омражен сам, шта ми је чинити, Госпде? Презрен сам. Гле, Твоје стадо око мене разнето је и разгоњено, и то учинише разбојници по налогу жестокосрчаног Коротика. Далеко од љубави Божије је човек, који предаје хришћане у руке Пикта или Шкота. Похлепни вуци прождраше стадо Божије, које је у Ирској уистину одлично узрасло са великом пажњом, тако да синови и кћери краљева постајаше монаси и девице⁴ у Христу. Ја не могу сачинити им броја. Стога не желите зло, причињено праведноме, да оно Аду не буде угодно.

VII. Ко ће од светих без страха, да се провесели са овим људима или раздели са њима трпезу? Они напунише своје домове мртвим хришћанима живећи од пљачке. Не знајући, несрећници, да оно што нуде пријатељима својим и деци као оброк јесте смртни отров, као и Ева не схватајући шта даје своме мужу – смрт. Тако они, чине зло: завредњују смрт као вечну казну. Код римских хришћана у Галији јесте обичај: они отпраћају свете и знамените људе Францима и оста-

³ Вероватно Свети Патрикије говори о својим британским саплеменицима.

⁴ Монахиње.

tos idoneos ad Francos et caeteras gentes cum tot millibus solidorum ad redimendos captivos baptizatos. Tu omnes interficis, et vendis illos genti exterarum ignorantem Deum: quasi in lupanar tradis membra Christi. Qualem spem habes in Deum? Qui tecum sentit, aut qui communicat verbis alienis et adulationis, Deus iudicabit. Scriptum est enim: *Non solum facientes mala, sed etiam consentientes damnandi sunt* (Rom. I, 32).

VIII. Nescio quid dicam aut quid loquar amplius de defunctis filiorum Dei, quos gladius supra modum dure tetigit. Scriptum est enim: *Flere cum flentibus* (Rom. XII, 15); et iterum: *Si dolet unum membrum, condoleant omnia membra* (I Cor. XII, 26). Quapropter Ecclesia plorat et plangit filios et filias suas quas adhuc gladius nondum interfecit, sed prolongati et exportati (sunt) in longa terrarum spatia... Ut peccatum manifeste gravetur impudentiae, impudens ibi habitat et abundat. Ibi venundati ingenui homines Christiani in servitutem redacti sunt, praesertim indignissimorum, pessimorum, apostatarumque Pictorum.

IX. Idcirco cum tristitia et moreore vociferabor: O speciosissimi atque amantissimi fratres et filii quos in Christo genui, enumerare nequeo quid faciam vobis! Non sum dignus Deo neque hominibus subvenire. Praevaluit iniquitas iniquorum super nos. Quasi extranei facti sumus. Forte non credunt (quod) unum baptismum percipimus, vel, unum Deum patrem habemus. Indignum est illis; Hiberia nati sumus, sicut ait: nonne unum Deum habetis? Quid dereliquistis unusquisque proximum suum? Idcirco doleo pro vobis, doleo,

лим људима са много хиљада солида⁵ ради откупа крштених заробљеника. Ви желите да убијете их, или продате их другојем народу, који не знају Бога. Ви предајете чланове Тела Христовог, тако, као да је то у јавној кући. Какву наду ви имате у Бога? Некоме ко мисли као ти, или ти се обраћа ласкањем, Бог ће судити. Јер Писмо говори: *Не само они који чине зло, него и они који присијају, достојни су осуге* (види. Рим. 1, 32).

VIII. Не знам шта даље да кажем о тим уснућима од синова Божијих, које је мач окупно ударио. Јер Писмо говори: *Плачиће с њима* (Рим. 12, 15), и опет: *И ако сирага један уг с њим сирагају сви уди* (1. Кор. 12, 16). Од тада Црква нариче и оплакује своје синове и кћери, које мач још не порази, но који беху одвојени и одведени у далеке земље, где грех пребива отворено, грубо, бестидно. Постоје људи, рођени слободни, продати, хришћанима слуге, и, најгоре од свега, у служби мрских, нечистих, отпалих Пикта.

IX. Стога, подићи ћу глас у тугу и јад: Ви, чиста и возљубљена браћо и децо, које сам родио у Христу, неизрециви бројем, шта могу ја учинити за вас? Недостојан сам искати помоћ Божију или човечију. Злоба злих надвлада је над нама. Уистину, ми смо заиста странци. Може бити да они не верују да смо и ми примили то исто крштење и имамо истог Оца – Бога. За њих је срамота што смо Ирци⁶. Немамо ли, речено је, истог Бога? Да ли, свако од вас, оставља свога ближњег? Стога, ја тугујем за вама, тугујем, драги возљубљени моји. Али се у себи ра-

5 Византијски златник.

6 Очигледно, Свети Патрикије са жаљењем закључује да су војници Коротика, хришћани, мислили за себе да је срамота да деле веру са непријатељима.

carissimi mihi; sed iterum gaudeo intra meipsum; non gratis laboravi, vel peregrinatio mea in vacuum non fuit; et contigit scelus tam horrendum, ineffabile. Deo gratias, creduli baptizati de saeculo recessistis ad paradysum. Cerno: vos migrare coepistis ubi *nox non erit neque luctus, neque mors amplius* (Апос. XXI, 4); sed exsultabitis sicut vituli ex vinculis resoluti, et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris.

X. Vos ergo regnabitis cum apostolis et prophetis atque martyribus, et aeterna regna capietis, sicut ipse testatur (qui inquit): *Venient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno coelorum* (Matth. VIII, 11). *Foris canes, et venefici, et homicidae, et mendaces* (Апос. XXII, 15), *perjuri: Pars eorum in stagnum ignis aeternum* (Апос. XXI, 8). Non immerito ait Apostolus: *Ubi justus vix salvus erit, peccator et impius transgressor legis, ubi se recognoscit* (II Petr. IV, 18). Ubi enim Coroticus cum suis sceleratissimis rebellatoribus Christi? Ubi se videbunt, qui mulierculas baptizatas et praedia orphanorum spurcissimis satellitibus suis distribuunt ob miserum regnum temporale, quod utique in momento transeat, sicut nubes, vel fumus qui utique vento dispergitur? Ita peccatores et fraudulentum a facie Domini peribunt: justum autem epulabuntur in magna constantia cum Christo: judicabunt nationes et regibus iniquis dominabuntur in saecula saeculorum. Amen.

Testificor coram Deo et angelis suis, quod ita erit sicut intimavit imperitia mea. Non mea verba, sed Dei, et apostolorum atque prophetarum (quod ego in Latinum exposui), qui nunquam enim mentiti sunt. *Qui crediderit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur* (Marc. XVI, 16). Deus locutus est.

дујем. Не бејаш узалуд ревностан и не оставих земљу своју узалуд. И ако је то страшан и неизрецив преступ учињен, благодарим Богу: ви остависте овај свет и отидосте у Рај крштеним вернима. Видим вас: ви свој пут почесте туда, где бола нема, *ни ноћи, ни њлача, ни смрти* (види. Откр. 21, 4); али ви ћете као телад бити ослобођени од повоца и газићете доле зле, и они ће се обратити у прах под ногама вашим.

X. Ви ћете царевати са апостолима, и пророцима, и мученицима. Примићете у наследство Царство вечно, како Он сам сведочи говорећи: *Мноји ће од истока и запада доћи и сјешће за њрџезу с Авраамом и Исаком и Јаковом у царствџу небескоме* (Мт. 8, 11), *А на њољу су њси и врачари и курвари и крвници* (Откр. 22, 15). И клетвопреступницима је *дијел у језеру ођња вечној* (види Откр. 21, 8). Не говори апостол без разлога: *И када се њраведник једва сџасе безбожник и ѡрјешник ѡдје ће се јавићи* (1. Пт. 4, 18)? Где је онда Коротик са својим разбојницима, бунтовницима против Христа, где се налазе они – ти, који раздају крштене жене и грабе имовину сиротих – за жаљење царства привременога, које ће у трену ишчезнути? Као облак или дим, разгоњени ветром, тако ће опаки грешници погинути пред лицем Господњим; но праведни ће вечно празновати са великом постојаношћу са Христом; они ће судити народима, и владати над нечастивим царевима у векове векова. Амин.

Сведочим пред Богом и ангелима Његовим, да ће бити тако како Он показа мојем незнању. То нису моје речи, које сам изложио на латинском, него Божије, и апостолске, и пророчке, које никада нису лагале. *Који извјерује и њокрсти се сџашће се; а ко не вјерује осудиће се* (Мк. 16, 16) – говори Бог. Ја

Quaeso plurimum, ut quicumque famulus Dei, ut promptus fuerit, ut sit gerulus litterarum harum, ut neutiquam subtrahatur a nemine, sed magis potius legatur coram cunctis plebibus, et coram ipso Corotico. Quod si Deus inspirat illos ut quandoque Deo respiscant, et vel sero poeniteant quod tam impie gesserunt homicidae erga fratres Domini, et liberent captivas baptizatas quas ante ceperunt, ita ut mereantur Deo vivere, et sani efficiantur hic et in aeternum. Pax Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Amen.

усрдно молим: нека ревнује слуга Божији који ће доставити писмо ово, тако да не буде оно ни задржано, ни скривено од кога, него ускоро прочитано пред свим људима и у присуству самога Коротика. Можда ће их једном Бог одуховити, да би они, као убице брата Господњег, обратили своја чувства ка Богу, покајавши се, и ако са закашњењем, у својим срамним делима, и да отпусти жене крштене које заробише, тако да могу да се удостоје за живот Божији, и исцељење – овде и у вечности! Мир Оцу, и Сину, и Светоме Духу. Амин.

превод и коментари:
Никола Поповић